

codicillaris, non dicitur sibi acquirere, sed alteri, & huiusmodi acquifitio tamquam iustitia, & aliquo emolumento, non habetur in confideratione.

16 Capiens hereditatem in vim claufula codicillaris nomine dicitur heres.

17 Successio in rebellianica non influit in successione univerfalem.

18 Hares qui succedit ab intestato, pro ea parte efficiat, quam consequitur ex testamento, minus proportionabiliter legitimam, non tamen facit, quod an sit tertia totius, & nu. 22.

19 Legitima ascendens instituta turpi persona, non tertia totius, sed detrahitur pro fratribus defuncti quartam, duas tertias partes alterius unica ascendens consequitur.

20 Si instituitur turpi persona, fratres defuncti faciunt partem, & concurrunt efficiant in legitima.

21 Ut ratio sanguinis adjuvetur, & turpes mores puniantur, fratres & sorores defuncti, si instituitur turpi persona, totum accipiunt, nec per claufulam codicillarem favore turpi persona Testamentum subijciuntur.

22 Ex relictis favore ascendens ab intestato proportionabiliter diminiuitur legitima ascendens, non autem sequitur, quod illa sit tertia totius, siue relictum sit titulo particulari, siue titulo univerfali & nu. 24.

23 Diminutio legitima inducitur a iure suo favore fratum non autem defuncti, unde cessante fratum utilitate, legitima ascendens est tertia totius, licet ex hoc plus caperetur detraheretur, quam succedendo.

24 Statutum exclusivum fecundarium in casu successione intestata non habet locum, quando testamentum contratabulatur ex causa praeiudicis, & muniat claufula codicillari.

25 Declarantur Doctores, qui in contrarium solent allegari.

26 Statutum excludens avum non comprehendit in exclusione aviam.

27 A status beneficio exclusus, non potest ex aliorum persona eodem beneficio gaudere.

DECISIO XXVII.

Agressu iterum DD. de Rospiogliosis disputationem dubii: An legitima DD. Centurioni sit tertia totius, ut decimam fuerat sub die 26. Martii proxime praeteritis an vero sit tertia totius, ut ipsi contendebant probare, Rota libris utriusque rationibus, iisdemque aliis deductis, censuit hodie standum esse in ultimo loco decisi.

Sive enim dicatur successione esse testatam, ut verè dici posse videtur, ex quo heredi scripto competit immixtio vigore leg. su. quae non datur nisi heredi ex testamento, sive ex nuncupatio intestata, ut contentend ex adverso feribentes, ex quo paria sunt non testati, ac non iure testati, §. i. Instituit, de heredi, qui ab intestato defunctum, & ibi glossa in verb. non iure; in substantiam esse successio ex dispositione hominis, & omnino dissimilis successione, qua defertur ministerio legis, quia secundum hanc totum emolumentum hereditarium abique ullo onere restitutionis esset dividendum inter avum, & fratres, iuxta Auth. defuncto: secundum autem illam totum capiunt ex praedestinatione defuncti, & per ministerium, & meditationem venientium ab intestato heredes scripti, dempta pro Avo legitima, & pro fororibus Trebellianica, ut patet ad sensum, Igitur clarum est, rem non ita se habere ex dispositione hominis, sicut ex dispositione legis, iuxta distincta Bald. in saepe citata Auth. novissimas; ac proinde cessante aequali successione fororum, requisita ad minuendam successione Avi, & consequenter legitimam, patet non intrare Authentiam defuncto, quae ad commodum & utilitatem succedentis adinventio est, & per consequens legitima esse tertia totius, iuxta terminos Auth. de Trecentis, & semel, non autem tertia totius, secundum l. Papinianus, quae locum commodum habet rebus ita se habentibus ex dispositione hominis, sicut ex dispositione legis, ut late prosequitur postrema decifio, quae revidetur §. Et quomodo hodie cum seq.

Nec oblat dixerunt Domini, quod annullato Testamento, dum Avus, & forores concurrant ad titulum hereditarium viriliter, causae testati non sit dissimilis causa intestati, cum ad istum effectum unice impiciatur, an veniant ad participacionem univerfalem eadem persona, & in eisdem partibus ex testamento, peregrin de fiduciis art. 36. n. 11. & conf. 80. n. 46. in fine lib. 1. Quia obiectum posset procedere, si res cum effectu reduceretur ad successione interestatem, si res cum effectu reduceretur ad successione interestatem, non autem quando, ut hic, forores gravatae sunt totum restituere, quia tunc cum sint heredes puri nominis solus titulus respectu eius, quod restituitur, est inefficax,

& inutilis, & consequenter non sufficiens ad inducendam similitudinem inter successione testatam, & intestatam, §. quibus in effectu turpi omnino dissimiles Petr. Barbof. in Lqui libris 8. §. hoc verba n. 29. ff. de unigen. Marc. Anton. resol. 39. n. 36. & 37. Hoc insuper addit, quod licet forores habeant ius ad successione, quia tamen non habent ius ad legitimam, adhuc in ea non possunt concurrere, quia concursus consideratur in his, qui vocantur ad eandem rem, non autem ad diversa, ut respondit Mans. consil. 115. n. 20. cum seq. & consil. 238. n. 6. cum seq.

Nil refragante etiam, quod ex onere restituendi non valeat inferri ad dissimilitudinem, seu disparitatem inter successione testatam, & intestatam, cum legata, & fideicommissa indifferenter possint ab intestato relinqui, ex l. 3. ff. de Jur. Codicill. & l. consuevitur, §. in primo, ff. eod. Conclusio enim procedit in fideicommissis restituendis, postquam successio habuit effectum in fratribus consequentibus, quia tunc impleta dicitur realiter mens legis, & verificata similitudo testati, & intestati, ut notat Menoch. de reprobatione remed. 13. n. 39. Tiraquell. in tract. de legat. causa l. i. n. 23. & n. 4. Bellon. de iur. que sunt incommuni §. 26. n. 2. & Secus autem, prout hic, in fideicommissio puro, & immediato, quod uti ablativum in eo, quod restituitur, beneficii, & emolumentis successione, antequam ejus effectus, & mens impleatur, nullum prorsus habet similitudinem cum successione intestata, ut plenè comprobatur Merlin. de leg. lib. 2. q. 18. per tot.

Non obstat, quod separatio legitima fiat statim in additione post mortem filii ministerio legis, atque temporis ditione; unde cum in eodem instanti illa diminuitur per latectionem fororum ad tertiam tertiam, non potest deinde illa reintegrari ex restitutione, quod subsequitur, & nihil illa reintegrari ex restitutione, & diminutione legitime, habet commune cum detractione, & diminutione legitime, Quia semper recurrit eadem ratio, quod in eo, quod restituitur, additio ut momentanea, & in efficaciam sit in effluimnuere legitima, cum ratio diminuenti sit in effluimnuere legitima, non autem in denominatione, & titulo, & nudum nomen heredis non efficit matri, qui capiat pro legitima totum tertium, ut ait text. in l. 2. §. Sed si sint, ff. ad Tertull. §. firmans dec. 832. & 757. mot. Dumoz. Jun.

Minus oblat valet, quod forores Trebellianicam retineant, quod non esset, nisi vere essent heredes univerfales re, & effectu: etenim ut animadvertebat, de in §. quae vero §. sequenti, pro eo, quod capiunt, sunt heredes effectivae, inefficaces vero pro eo, quod restitunt, ut in eo enim quod restitunt, non dicitur sibi acquirere, sed alteri, & consequenter huiusmodi acquifitio, tamquam infructuosa, & abique emolumento, non habetur in confideratione, ad litteram textus in L non videtur 22. ff. de acquir. vel. omnium poss. §. ibi non videtur possessionem adire, quia natus est, ut cum venire non possit, & solum nomine dicitur heredes, ad alium text. in l. 1. §. Qui minore est, ff. de leg. in fin. non. causa ibi gloss. in verb. restituitur, ibi: Remanet enim hereditas in nomine, & Bartol. in l. Qui heredi, §. Cum hereditas, ff. de condit. & demostr. ibi: Hic loquitur de herede restituitur, qui est heres nomine tantum. Unde cum forores non habeant, nec faciunt partem utiliter in tota successione univerfali, quia efficacia successione in Trebellianica non influit in successione univerfalem per supradictos textus nec per consequens possunt imminueré legitimam, nisi proportionabiliter per diminutionem hereditatis, iuxta inconcussam Rotam opinionem, de qua in decisione §. Quo vero, ac proinde applicari non valent doctrinae ex adverso allegari solite, quia omnes loquuntur, & intelligende sunt de fratre concurrente in tota via virili, non autem in longè minori parte, ut ad oculum demonstrant auctoritates in decisione allegatae, §. Et quomodo.

Superfluum etiam fuit exemplum, quod si quarta, quae fratribus debetur pro legitima, quando est instituta turpi persona, legitima matri minuat ad tertiam tertiam, ita multo magis operari debeat quarta, quam retinent fratres pro Trebellianica; quod quidem est de hoc dicto Bartoli, contra quem fuit semper communis opinio Rotae, & cui etiam adversatur in proposita facti specie Bellon. de iure accrescen. c. 6. §. 17. n. 9. & §. firmans legitimam matris non esse tertiam tertiam, sed detrahitur pro fratribus quarta, duas tertias partes alterius, ut pro matre remaneat, vel ut inquit Mans. consil. 115. n. 12. & 20. & conf. 116. n. 26. quia stante aliquo ex ascendentibus, fratri vel forori, turpi persona instituta, vera nulla competit legitima: Nihilominus admissa etiam contraaria sententia, si paritas huius casus est, vel quia fratres faciunt partem, concurrunt efficaciter in legitima, ut advertit Gabr. conf. 94. n. 4. & 17. lib. 1. & liquet ex Peregr. Paschal. Barry, & Merlini ex adverso concessis, vel quia instituitur

instituta turpi persona testamentum fratris omnino rumpi, ad favorem personarum praeiudicatum, adeo nec per claufulam codicillarem sublineatur favore turpi persona, cum lex indiget, & fratri, ac forori concedat querelam, per quem in totum expugnat testamentum, ut ratio sanguinis, & natura adjuvetur, & turpes mores puniantur, ad tradita per Bartol. in l. fratres, C. de inofficiof. testam. Graff. de success. §. Testam. q. 45. n. 4. Decius conf. 581. per tot. Honded. conf. 47. num. 32. & seqq. Ursil. ad Afflic. decif. 204. sub num. 4. late Turret. clauf. Codicill. q. 28. eff. 1. sub num. 22. cum seqq. Merlin. de legim. lib. 1. tit. 1. q. 13. n. 14. & lib. 5. tit. 2. q. 4. n. 7. Michalor. de fratre. par. 3. cap. 2. art. 8.

Cum itaque in praesenti casu forores non concurrant; nec faciant partem in legitima, quae eis non debetur, nec minus ad totam successione univerfalem efficaciter admittantur, sed solum in aliqua parte, nempe in Trebellianica, merito pro ea parte, in qua succedunt, legitima avi decrevit, non ad effectum ut illa efficiatur tertia tertiam, sed ad effectum ut tantum minus dicatur esse in hereditate defuncti, & detraha illa portio, tamquam aere alieno, aut legato legitima sit tertia totius restitui, ut inquit Rota decif. 572. n. 25. par. 5. rec. & distinguitur inter avum, & alterum casum, & reprobandum dictum Baldi in aut. novissima, circa fratrem institutum in uno nomo firmate Petr. de filatoz. q. 15. sub n. 75. §. Contrarium tenent Bald. conf. sed cor. 2. a Ponte conf. 68. n. 13. rel. per Menz. conf. 15. a nu. 1. cum seqq. Et fuit recentissima opinio Rotae, de qua in decisione, quae confirmatur §. Quo vero.

Nec quidem replicare juvat, quod opinio Rota procedat in legato titulo particulari, non autem titulo univerfali; Quia, ut animadvertum fuit in decisione, §. non autem tenent, Rota indifferenter determinavit, legitimam nunquam decrevere ad tertiam tertiam, nisi in casu, quo fratres in tota, vel in eorum virili successione, & avo, vel ex dispositione defuncti, vel statuti, debeatur legitima; sed ubi successio fratrum non sit efficaciter in tota, vel in virili, tunc semper tenent esse tertiam totius, dempto eo, quod fratris relicti est five titulo particulari, five univerfali, ut videtur in l. dec. 69. post Merlin. de legim. ubi fratres erant relictii proprietarii univerfales, dum nullus alius aderat heres univerfalis, & in decif. 732. Dumoz. Jun. n. 6. & 7. ubi fratres instituti erant heredes univerfales in proprietate. Ratio autem est, quia cum vis in titulo, & efficacia diminutionis non consistat, & formalitate; sed in utilitate, & substantia successione, totum illud, quod frater consequitur, siue titulo particulari legati, siue univerfali institutionis, succedit loco portionis debite ab intestato, & pro ea rata retinet naturam univerfalis successione, adeo ut sub ista ratione frater dicatur concurrere, & minuire univerfalem successione matris, & consequenter legitimam, quae est illius portio, ut per Marefcort. var. cap. 10. n. 9. Urceol. consil. 18. n. 19. & seqq. Rota decif. 119. per tot. par. 6. rec.

Absurdum, quod avus plus caperet detrahendo, quam succedendo, de facili evitari posse videbatur, animadvertendo, quod cum diminutio legitime fuerit inducta solummodo ad favorem fratrum, non autem defuncti, aut extraneis, circumscripto dicto favore, absurdum non est, quod legitima sit tertia totius, eo modo, quo fratres essent praeterti, vel de medio sublati, ut per Gabr. d. conf. 94. n. 15. & 16. Bellon. d. q. 16. n. 91. Mangil. q. 6. n. 32. Peregr. de fidei. art. 38. sub n. 13. v. p. adducitur.

Haec autem procedere dixerunt DD. in bonis, nedum extraditionem sanas, sed etiam intra Territorium illius, legitimam se licet debita DD. Centurioni esse tertiam totius, non obstante statuto excludente matrem, & ascendentes maternos. Quia, ut firmant eadem postremae decisiones, illud statutum loquitur solum in casu pure, & simplicis successione intestata, non autem comprehendit casum testamenti contratabulati ex capite praetentionis, & muniti claufula codicillari. Nec ex eo, quod idem statutum declarat, eos etiam dicti intestatos, qui testamentum fecissent invalidum, casum istum comprehendisse censendum est, cum aliud sit testamentum nullum simpliciter, de quo loquitur statutum, & aliud testamentum nullum munitum claufula codicillari illud enim in omnibus corruit, hoc autem in omnibus conservatur, & successio, siue dicatur testamentaria, siue mixta, omnibus defertur ex voluntate testatoris, ut optimè Merlin. de leg. lib. 1. tit. 2. q. 2. n. 16. v. p. n. 18. & in puncto Belmont. decif. 37. n. 18. & 21. uterque cum aliis in ult. decif. §. istaque omnia; ex qua evidenti differentia, non potest statutum de uno ad alium extendi, a tenita praetertim prohibitionis extensionis, & cujuslibet in-

terpretationis, contenta in eodem statuto lib. 1. cap. 16. Nec adversatur DD. in contrarium ad ducti, quia vel nihil concludunt, dum aliqui solum firmant, non esse disparatam, de intellectu statuti, quod illud esse clarum, ut sunt Socc. Jun. Cravett. & aliivi loquuntur in testamento penitus nullo, quod non conservatur per claufulam codicillarem, ut est Bened. in c. Raynatus Caprara Brunus de statuto, & Rimini. & Armez. vel loquuntur in terminis statuti veteris, quod excludat simpliciter matrem, abque contemplatione certatum personatum, & ordinat inter eos succedentes, ut est Bartol. a Bofcho, ob id reprobatu a Belmont. d. decif. 77. n. 18. Quae punctualis decifio super hoc statuto evitari non potest sub praetextu, quod loquatur de matre, cui ab eodem statuto determinatur specialiter summa lib. 8000. dumtaxat, in casu tamen, quo non transferat ad secunda vota; unde sancta ad favorem matris, vel non debeant extendi ad avum, vel extenso sit faciendum cum eisdem quaribus lib. 8000. & in casu quo DD. Centurionis non transferat ad secunda vota, prout tranfvit: Quomodo ex leclura praefatae decisionis contrarium potius vincitur, quod postquam n. v. p. p. secundo loco, respondet, legitimam esse calculandam secundum jus commune, deinde per totam decisionem firmat, & comprobat, legitimam esse tertiam totius hereditatis, non autem lib. 8000. ut ex adverso supponitur. Et quod de binuato dicitur, ultra responsiones datas in prima huius causae favorabili decisione 14. Junii 1680. §. Et sine aliqua cum seq. ad d. potest, quod dum statutum loquitur de matre, avia, & abavia paterna, non potest extendi ad avum, non solum ex prohibitione supradicti statuti, sed etiam quia femininum nunquam concipit masculinum ad inducendam exclusionem, ut in fortioribus terminis statuti excludentis avum, quod non comprehendat aviam, respondit Bald. in legum. n. 28. que n. 4. 12. C. de serv. fugit. Gigal. conf. 106. sub nu. 12. Marra de success. legal. par. 1. §. 5. art. 4. n. 22.

Ceterum quando etiam statutum loqueretur in casu contratabulati testamenti, sustinetur aliud assumptum in ultimis decisionibus firmatum, quod cum hereditas esset restituenda patru, qui erat Cardinalis, & beneficio statuti exclusus, non potuit ipse ex personis DD. fororum gaudere beneficio statuti, cum mens, & intentio statuentium fuerit, ut quidquid avo per exclusionem admittit, hoc totum cedat in commodum, & beneficium illius, cui hereditas ab eodem statuto deferretur, Rota Janu. apud Belmont. d. decif. 77. num. 9. ad 18. Eminentiss. Cerrus decif. 597. n. 6. & 7. Rota decif. 287. num. 7. par. 16. & decif. 112. n. 8. par. 17. rec.

Et ita omiffis aliis, quibus abundè satisfacta ultima decifio resolutum fuit, utraque parte informata &c.

R. P. D. CACCIA.

Romana seu Januensis legitime super modo detrahendi Trebellianicam.
Luna 9. Decembris 1686.

ARGUMENTUM.

Concurrentibus Fratribus, & ascendente in testata successione, pars quae ipsi fratribus debetur, immunitur esse debet à detractione legitime, cum relictiim subrogetur in locum partis debite ab intestato, & consequenter si fiat contratabulatio Testamenti, in quo haeres scriptus sit extraneus, Trebellianica debita fratribus subducitur ab hereditate, antequam fiat computatio, ad quam summam ascendat legitima, quae remanet propterea diminuta causativa tantum.

SUMMARIUM.

- 1 Trebellianica debita fratri vel forori, est detrahenda ante legitimam ascendenti, pro qua deinde detrahitur tertia residua.
- 2 Frater nulla debetur legitima, nisi sit instituta turpi persona.
- 3 Fratres concurrentes cum ascendente, portionem habent immunitam à detractione legitime, & diminuunt hereditatem ascendenti causativa, etiam immunitam legitimam.
- 4 Consequenter totum id, quod capiunt ex dispositione hominis, cum succedat in locum partis quae ab intestato, detrahitur ante legitimam, §. n. 5.
- 5 Non tamen detrahitur ab ipsa legitima in commodum heredis scripti.
- 6 Frater non concurrat in legitima detrahenda, tamen relictiim ante legitimam, ipsam causativa dimissum, quid minus dicitur in hereditate existere.
- 7 Emolumentum quod frater consequitur esse immunitum à detractione legitime.

9 Legata semper post legitimam detrahatur.
10 Nisi tamen favore fratris vel sororis essent volentes.
11 Trebellianica quantitas non immutatur ex quo detrahatur s...

DECISIO XXVIII.

Præsupposita resolutione, quod legitima D. Centurio debita sit tertio totius substantie, quam DD. fores...

Ratio decidendi sumitur ex ipsimet principijs, & regulis determinatis in alio dubio super quota legitimæ, quia...

Nec alia ratio emolumentum, quod fratres capiunt, siue sit legatum, siue Trebellianica, siue alia portio...

Non obstat, quod ubicumque quis concurrat in hereditate, concurrat etiam in legitima. Quia si intelligamus de...

Non obstat, quod ubicumque quis concurrat in hereditate, concurrat etiam in legitima. Quia si intelligamus de...

Non obstat, quod ubicumque quis concurrat in hereditate, concurrat etiam in legitima. Quia si intelligamus de...

legitimam, quæ est pars successione, hoc argumentum comprobatur resolutionibus Rotalis, quia si tantum minus dicitur...

Minus obstat, quod detrahendo per prius duas uncias pro Trebellianica confunderetur ordo iuris, & taxa trebellianica, quæ est quadrans, non sextans hereditatis, si imò induceretur nova taxa legitime in tertia residui, quod fratres non capiunt, iuribus hucusque incognita.

Ad primum enim respondetur, sententiam Rotæ non alium esse, nisi ut illud emolumentum, quod fores consequuntur, sit immutatum à detractione legitimæ, prout esset immutatum si in eo succederet ab intestato: quod non est contra, sed secundum juris principia, quæ in calculanda legitima ducuntur argumentum à successione hominis purificatur cum successione ex dispositione legis, ut in alia decisione ex ratione, sensu DD. & sententia nostri Tribunalis, late probatum est. Idque videmus quoties dicitur in legatis, quæ licet regulariter detrahantur post legitimam, si quis antea...

Ad secundum, responsum fuit non immutari, imò ad viquem servari taxam legalem quartæ trebellianicæ, si dederatur, quod DD. fores non restituunt integram, hereditatem, sed tantum duas tertias, quia aliam tertiam restituitur, qui non detrahit trebellianicam, sed legitimam; idem duo uncias portionibus hereditatis, quæ fores restituitur, recte commensurantur. Neque ex eo quod separatur ab asse, prius quam detrahatur legitima, debent reputari sextans hereditatis, id enim non immutat quotam; & naturam trebellianicæ ad alios effectus, sed solum subducitur, & separatur ab asse, ut firmari possit, quanta sit tertia totius remanentis hereditatis debita pro legitima avi, iuxta præmissam traditam à Rot. d. dec. 421. p. 4. divers. & dec. 219. par. 6. cum alii censent.

Ad tertiam DD. dicebant non esse novam definitionem legitimæ, ut sciteria avi, quod fratres non capiunt; imò à DD. receptam, & à maioribus nostris in Rota nobis per manus traditam, ut patet ex tota decisione in principio allegatis.

Demum quoad auctoritates in contrarium adductas, Gabr. Bellon. & clar. mem. Card. de Luc. eorumque rationes, plauerunt DD. responsiones alias date in decisionibus præteritis, præsertim in illa sub die 15. Junii 1685. §. nec contra cum segg. usque ad fin. coram Eminent. Matthei, in qua eorum argumentis singillatim responsum fuit.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CACCIA.

Romana seu Januæ. Legitima.

Luna 14. Aprilis 1687.

Est decisio confirmatoria præcedentis.

SUMMARIUM.

- 1 Ascendens debet legitimam, quæ est tertia tertia, aliam non recipiens diminutionem, nisi proportionabiliter ab emolumento, quod consequitur frater vel soror defuncti, non quia illi succedant in legitima, sed quia prius detrahatur, & consequenter diminuitur hereditas, à qua legitima est detrahenda, diminuitur ipsa legitima.
2 Legitima ascendens est tertia tertia, si successio ex testamento sit, & ab intestato, si ab intestato.
3 Non ita si ab intestato, si ageretur cum extraneo, qui non esset successorius ab intestato.
4 Legitima est portio portionis debita ab intestato in ratione distributiva, quando concurrunt plures legitimarii quorum unusquisque debet habere tertiam eius partis quam ab intestato habuisset.
5 In ratione tamen collectiva & universalis respectu hereditatis est tertia totius.
6 Limitatur favore fratrum, vel sororum.
7 Limitatio non admittitur in illa portione, quam fratres vel sorores coguntur restituere heredi scripto vigore clausula codicillaris.

- 8 Sententia, quod sufficit ad efficiendam legitimam ascendens tertia tertia, quod verificatur in aliqua parte equalitatis restanti cum intestato, reprobat, & n. 9.
10 Explicandus text. in S. qua de causa vers. prædesse autem de successu liberti.
11 Ita etiam emolumentum quod fratres consequuntur ex testamentis, diminuitur proportionabiliter legitimam, in quantum succedit loco partis, quæ eis deberetur ab intestato.
12 Et propterea si loco partis succedere non possit, ut quæ emolumentum restat favore fratris à Statuto exclusæ, clausula minime admittitur.
13 In successione intestata, quando alteratur successio iuris communis per Statutum, vel per Codicillos, legitima est tertia totius illius partis, quam non capio, qui veniat ab intestato.
14 Ubi favor fratrum aut sororum non dicitur, legitima non minuitur.
15 Explicatur Bald. conf. 350. lib. 4. Fab. de Auda conf. 130. lib. 2. dec. 421. par. 4. divers.
16 Fratres nunquam in legitima concurrunt, nisi sit in situ a tertia persona.
17 Declaratur Petr. q. 15. & illi legitimam, quod ex trebellianica debita fratribus hereditatis sit tertia, restituitur.

DECISIO XXIX.

Domini steterunt in decisio, etiam quoad bona Januæ, in hærentes fundamentis resolutionum in præcedenti R. P. D. meo Benificæ, plene reatumpis in hæc tertia, ir confirmata. Item enim videtur, quod D. Centurio non avus defuncti Principis Civitellæ, qui solus habet hereditatem, habeat fundatam intentionem in tertia totius hereditatis, mitemda solum proportionabiliter ad effectivum, & favorabilem concursum DD. sororum, non quia concurrat in legitima, quæ fratribus, & sororibus non debetur, nisi in casu instituti turpi persona; sed quia concurrentes ab intestato in hereditate, eam minuit pro tertia favoris, & emolumentum, quod consequuntur, & consequenter indirecte, & causative legitimam ascendens.
1 Quam proportionem, & mensuram deductam à favore fratrum, magis committitur tenent DD. & inconcussè servavit Rota, æ viva ratione, quia concursus in successione inductus ad solum favorem fratrum, non debet extendi ad extraneos, qui nullam habent actionem ad miuendam legitimam ascendens. Eo etiam superaddito, quod delinendus ex testamento nullo ob præteritionem avi, non potest plus disponere, quam si valide testatus fuisset, nec magis ex testamento, contrahatulo quàm iuxta pietatem, nec plus consequi heredes scripti per clausulam codicillarem, quam possit ex testamento. Quæ omnia sufficere hic indicæ, cum in præcedentibus instantiis, ac in decisione hodie confirmata, latissime probata sint: non enim omnia hic inutiliter repetenda sunt.

Quibus non obstat toties repetitum obiectum, quod legitima semper sit portio portionis debita ab intestato: in hoc enim argumento scribentes contra decisionem videntur se ipsos confundere, dum enim tandem, licet inviti, coguntur admittere veritatem distinctionis Bald. in auct. novissima, C. de inoff. testam. fateantur etiam necesse est, quod legitima est tertia totius hereditatis, si res non ita se habet ex dispositione hominis, sicuti se habet ex dispositione legis ab intestato, ut Baldus ibi determinat: Prout certe non ita debet haberi, quando agitur cum extraneis, quales sunt Excellentissimi Rospioglio, qui nullum habent jus nec in legitima, nec in successione defuncti ab intestato, ut Rota semper advertit in decisionibus Eminent. Matthei; & R. P. D. Benificæ, ac in ultima coram me, §. Nam placuit. Et sanè in hoc parte argumentum adest manifesta fallacia. Verum siquidem est, quod legitima est portio portionis debita ab intestato, si intelligatur in ratione distributiva, quando concurrunt plures legitimarii, quorum unusquisque debet habere tertiam eius partis, quam ab intestato habuisset, & in hoc sensu procedit text. & gloss. in auctent. de trient. & semiss. §. excipiantur, dum loquitur de curialibus, gloss. circa Bart. Jacob. de Belvis. & Angel. in d. auctent. de trient. & semiss. locis ex adverso allegatis. Sed pariter verissimum est, quod in ratione collectiva, & universalis, respectu hereditatis, à qua detrahitur, legitima semper est tertia totius substantiæ defuncti, ut aperte probat verba text. in d. auctent. de trient. & semiss. §. n. in decisione relata tam in sensu affirmativo, ibi: tertiam substantiam partem, id est uncias quatuor &c.

Decis. ad Theatr. de Luca Vol. III.

quàm in negativo, ibi: licet in alio reliquum substantiam, vel fractionem &c. quæ cavillari non possunt; ex quibus idem desinit text. in d. auct. novissima, ibi: ut si quis frater filii, vel pater, ex substantia defuncti trientis, si plures fratres æque inter eos dividendus; & eleganter explicat Cujac. in d. auctent. de trient. & semiss. in vers. eorum, firmans hæc taxam esse invariabilem respectu hereditatis, ex qua deducitur, à Ponticof. 68. num. 6. & segg. Gabr. conf. 94. num. 12. Bellon. cap. 6. q. 16. num. 174. vers. denique, Dinoo. Jun. dec. 757. numer. 2. & est de mente Rotæ in omnibus locis ponderatis in præterita decisione, §. Hæc proportio nempe pluribus segg. dum seculo favore fratrum semper determinatur, legitimam esse tertiam totius hereditatis, quæ tertiam eius substantiam, quæ ascendens ab intestato habuisset fratribus circumscriptis.

Cum igitur in nostra hypothefi solus existat avus legitimarius, qui solus querelam inofficij proponere poterat, & proposuit; bene firmavit decisio, eum habere intentionem fundatam in tertia totius hereditatis; hæcque regulam unicè limitari favore fratrum, vel sororum, iuxta magis communem opinionem, quam magistratè literata Rota in d. c. 421. p. 4. divers. & sequuta est constanter in omnibus locis, & instantis ponderatis in decisione.

Cardo itaque difficultatis non est in controversia regulæ, sed in applicanda limitatione in hoc casu, in quo licet contrahatulo per avum testamento DD. fores ad intestatam successione concurrant, cum tamen ex clausula codicillari statim in ipso instanti restituant heredi scripto restituta solum trebellianicæ; Domini iterum existimant ex momentaneo illo, & in iuris concursu pro ea rata, quæ restituitur, nullum posse considerari favorem DD. sororum, sed potius extranei heredis scripti, & consequenter nullum induci obstaculum in detrahenda legitima, perinde ac si DD. fores non successissent in ea parte, quam statim restituerunt, imò in hoc casu ad evitandos inutiles circuitus nullam habuerunt, ut probatur ex rationibus supra ab initio indicatis, & plene firmatis in præterita decisione.

Non obstat, quod admissa distinctione Baldi sufficit, quod equalitas testati cum intestato verificetur in aliqua parte etiam minima, ut videtur dubitare d. auct. novissima, in fin. Quia hæc sententia postea ab aliquibus DD. firmata est contra magis communem, & semper fuit à Rota rejecta locis plene allegatis in altera decisione. Et subest ratio: Cum enim ab emolumento, & favore fratrum regulariter taxa hæc materia, ut toties Rota firmavit ex adductis in præterita decisione; consequens est, ut pro mensura eiusdem favoris diminuat hereditas, & consequenter legitima, ducto argumentum de toto ad partem, l. quatuor, §. de veri iudic. ut etiam factur Scipio Theodorus in contrarium citatus, in alleg. 37. n. 26. licet enim ipse sequendo opinionem Bartoli contra Butrigarium, legitimam esse tertiam portionis ab intestato existentibus fratribus, vel sororibus, fateatur tamen, & non dubitat, quod si sequenda esset sententia Butrigarii, pluribus, tum iuribus, tum rationibus probat.

Et propterea cum iuxta magis communem in Rota semper probatur Butrigarii sententia prævalere, ut iidem scribentes fateantur, consequens est, ex ratione, & magis communis, & Rota sententia, ex confessione partis, & ex eisdem auctoribus ab ea citatis hoc obiectum sit tandem explisum.

Contra quæ non arguit text. in §. qua de causa, vers. prædesse autem in fin. in d. auct. novissima, ubi enim filio liberi in aliqua parte instituto, idem excludatur patronus, quia prima causa succedendi liberis est filiorum, & descendendum ipsi secunda vero patroni, ut ibi notat Catinucel. in §. 1. & est text. expressus in l. intestato, 3. ff. de suis, & legit. ibique gloss. in figurat. casus. Est autem regulare in legitimis successioneibus, ut qui primus in gradu est, portio sit, & sequentem excludat in totum, §. ita dicitur in fin. in d. auctent. de hered. quæ ab intestato, de sororum, auct. cod. in §. si quis agitur, & patim alibi, nisi hic habeat commune in hoc casu, in quo avus nullam habet potioritatem in gradu, quo excludatur; imò nec agitur de successione, sed de legitima est debita iure nature; in qua nullum habet nec potiorum, nec æqualem.

Nec minus inutile est illud repetitum obiectum, quod proportio à Rota retenta diminuet hereditatem ad limites favoris fratrum, procedat solum in relictis particularibus, non autem in successione universalis: Tantum enim abest, quod hoc sit verum, ut imò de contra in sensu Rota æa unica ratio sit contemplandi favorem fratrum, & ad eius limites diminuendi hereditatem ad hunc effectum, & quod agitur in legatis, quia intelligit æa fratribus succedere loco

11 portionis universalis. Quod est; aded verum, ut si hac unica ratio non sit applicabilis, quia forores sint exclusæ a futuro, in poss. Rote dd. legata non diminuat hereditatem, quia non possunt succedere loco partis, sed sicuti cetera omnia extraneis relicta, solventia sint post legitimam, ut late probatum fuit præterita decisione, *s. non solùm* & in hoc sermo super alio dubio, *s. et reverta*.

12 Partes nihil vult repetere, quod contrabulato testamento in successione intestata, quia etiam in ea, quando per statuta, aut Codicillos, ut in hoc casu, alteratur successio iuris communis, bene intrat questio legitimæ, & proceditur cum iisdem regulis, ut probat text. in *d. antient. de trans. et fessis*, velatus in præterita decisione, *vers. licet sit reliquum æquum*, & in præterita decis. 421. *part. 4. divers.* ubi de successione vigore statuti, & decis. 732. & decis. 750. conf. Dumoz. Jun. in quibus agitur, ut hic, de testamento nullo ob matris præteritionem.

13 Atque hinc pariter, idem iuris esse, si nullo facto testamento fratres praverent vel fideicommissio puro, vel legatis in Codicillis. Vis enim non efficit in nullitate testamenti, sed in eo quod five per Codicillos, five per dicta fideicommissa, & legata, legitima non diminuitur, nisi favore fratrum, nunquam autem extranei; imò id est consonum legibus in utroque casu cum legitima de sui natura rejiciat omne onus, & detrahenda sit ante legata, & fideicommissa. Quapropter nihil est, quod congeratur vel Codicillis, vel legatis, si circumscripto Codicillo favore fratrum, res reductur ad terminos iuris.

14 Doctrina verò, quæ allegatur tamquam punctuales, & nove in terminis retentæ Trebellianicæ à fratribus, jam fuerunt sæpius confutæ. Nam Bald. in *conf. 350. lib. 4.* procedit in casu, quo fratres, vel forores effectivè concurrant ad proprium commodum. In quo etiam sensu procedit *dist. decis. 241. part. 4. divers.* ut patet ex themate in principio, & colligitur ex *n. 3. vers. quæ conclusio*, & *n. 4. et n. fin.* Idem erat casus Fab. de Anna *conf. 150. lib. 2.* ut colligitur ex principio, & *n. 21.* ubi dicit cessare questionem, quia frater fuerat institutus, idque probat à fortiori ex eorum sententia, qui etiam ex institutione fratrum in aliqua parte tenent resultare eundem effectum, quam tamen non firmat, sed maturius cogitandum relinquunt, & quam Sacra Rota semper rejecit, ut supra dictum est: quatenus verò *n. 15.* ponit questionem in testamento nullo, & dicit concurrentibus fratribus legitimam esse tertiam tertie, non loquitur in terminis clausulæ codicillaribus: Imò merito sic ponit fratres concurrere cum matre in legitima, quod est omnino falsum, excepto casu institutione turpis persone, ut sæpius dictum est. Eor demque vitio laborat Rinon. seu, dum in contractato *conf. 237. n. 27.* dicit, quod forores faciunt partem in ipsa legitima.

15 Nec magis firmanter ceteræ doctrinæ allegatæ; nam Petrus *q. 15. n. 75. in fin.* ubi agit de casu, in quo detrahitur Trebellianica, obiter loquitur, duobus verbis se expediens, nec explicat, an Trebellianica regentia à fratribus faciat cessare rationes legitime in totum, vel pro parte, in quo est notus controversie. Scipio Theodor. sequitur opinionem Bartoli communitè: & in Rota semper reprobata. Imò retroquetur, dum in sententia Butrigarii, quam Rota sequitur, & quam ipsi scribentes admittunt, fiat pro resolutionibus huius causæ, ut supra animadvertitur *s. non obstant.* Ceteris verò iam vult responsum in decisione, *s. finali*.

16 Non est igitur, quod congeratur scribentes, si relictis doctrinis, quæ vel nuntur reprobate opinionum Bartoli, vel obiter loquuntur, vel se fundant in falsis principiis, vel concordant cum resolutionibus in hac causa editis; vel non distinguunt inter concurrem efficacem, & favorabilem fratris Gabriel. Bellon. & Card. de Luca, aliorumque, qui rem ex professo examinant per sua principia: imò veritas sententiæ ipsius Tribunalis, quod semper in hac questione retinuit proportionem, & regulam ad limites favoris fratrum. Cetera iam sublata videbantur in præterita.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CACCIA.

Romana seu Januensis legitime super modo detrahendi Trebellianicam.

Luna 14. Aprilis 1687.

Argumentum, quod attinet ad casum huius decisionis, est adnotatum in decisione 29.

- 1 **R**espondeo per concurrem directionem non minuat legitimam ascendenti, nisi instituta fuerit turpis persona, sed per institutum & contractum, detrahenda emolumentum ante legitimam.
- 2 **T**rebellianica debita fratribus subducenda est ab asse, tanquam portio fratrum non veniens in calculo, & suspensione legitimæ.
- 3 **F**ratres quando succedunt in tota eorum virili legitima avi est tertia tota.
- 4 **E** converso, quando fratres in nihilo succedunt, est tertia tota.
- 5 **S**i autem fratres nec in totum succedunt, neque in totum excluduntur, eo casu emolumentum detrahatur ante legitimam, & ex residuo asse ascendens detrahatur partem pro legitima *n. 6.*
- 6 **I**dem procedit tam in terminis Trebellianicæ, legatarum, institutionis in re certa, & universalis cum militet eadem ratio, & *n. 8. et n. 10. et n. 11. et n. 12.*
- 7 **D**octores præterea, quod Trebellianicæ sit deducenda ex ipso triente per viam imputationis, non vera ab asse per viam subductionis, reprobantur, & singulis congruum datur responsum, *num. 14. 15. 16. et 17.*

DECISIO XXX.

Cum in articulo principali super quota legitime Rota censuerit, quod non obstante concursu inefficaci DD. fororum, legitima DD. Centurionis sit tertia totius, misuenda tamen proportionabiliter pro rata Trebellianicæ, quam dd. forores efficaciter retinent; hinc incidit alia questio, id præfata diminutio faciendi sit per deductionem Trebellianicæ per prius ab asse, ita restringendo legitimam ad tertiam residui, an verò per viam imputationis ab ipso triente, ita solvendo ex quadriuncio legitimam, & Trebellianicam, & dominis iterum placuit sententia probata in duabus præcedentibus instantiis coram Eminentissimo Mattheo, & R. P. D. mei Benicassa, & in altera decisione edita coram me, sub die 9. Decembris 1686, quod nempe Trebellianica detrahetur per prius à toto asse, & legitima sit tertia residui.

Premisso enim, quod fratres nunquam minuat legitimam ascendenti, per concurrem directionem, & immediatam, nisi instituta fuerit turpis persona, sed tantum per indirectam, & causativam, quatenus scilicet respectu eius quod capiunt, quæ dicitur pars, & portio fratrum, minuitur successivo asse, & consequenter etiam legitima, quæ est quota ipsius successiones, Bald. *conf. 350. n. 2. lib. 4.* Maref. *conf. 207. n. 1. lib. 1. et n. 2.* Rota *dec. 421. n. 4. et n. 5. et n. 6.* *conf. 239. n. 7. p. 6.* cum alia in præterita dec. *supra dict.* *ho. principibus*, *s. hæc regula*; inde sequitur, quod quarta Trebellianicæ, pro qua forores in subiecta materia duntaxat considerantur hæredes, subducenda sit ab asse, tanquam portio fratrum non veniens in calculo, & suspensione legitimæ, sed in residuo, in quo avus non reperit obstaculum, nec efficacem confessorum, & agit cum extraneo prorsus inhabili ad minuendum legitimam, ea debetur in tertia totius, ut late firmant omnes præsertim decisiones super hoc dubio, & præsertim prima Eminentissimi Matthei, & altera confirmatoria R. P. D. mei Benicassa.

Et sanè si quando fratres succedunt in tota eorum virili, legitima avi restringitur ad tertiam tertie, non qua portiones fratrum impuntur, vel subducantur ex triente, sed qua per omnimodam paritatem testantur cum intestato portio singulorum est tertia, & avus ex tertia fratrum nihil detrahit, sed solum ex propria portione iuxta opinionem Bartoli communitè in hoc casu receptam, de qua Bellon. *de iur. necesse. c. 6. q. 16. n. 109.* & *leg. Rota dec. 421. n. 4. et n. 5. et n. 6.* & alibi pluries; & è converso quando fratres in nihilo succedunt, legitima avi est tertia totius, quia cessat æqualitas testati cum intestato, & partitio successiones favore eorum, quorum causa legitima minuitur, iuxta alteram sententiam Butrigarii ad omnibus fere probatam, ut per eundem Bellon. *n. 53.* & *leg. cum exco. l. ita patitur ubi adest mixtura casus, ex quo fratres nec in totum excluduntur, nec in totum succedunt, diminutio fieri debet pro rata fororis, & æqualitas, recentis sibi terminis, & ducto argumento de coram parte, demendo nempe ab asse id, quod fratres capiunt, tanquam immune à calculo, & detractione legitimæ, & deducendo trientem esse portionem, quæ ad fratres non est perventura, ut per text. in *l. 1. s. sicutus 31. ff. de acquir. hæred. probat Modern. Manz. conf. 115. n. 15.* & *n. 16.**

num. 16. & admittit Scipio Theodor. licet scilicet opinio Bartoli nihil esset dubitandum, quod admissa opinione Butrigarii nihil esset dubitandum, quod ea procederet tam in toto, quam in parte, cum in utroque casu eadem sit ratio, Dumoz. Jun. *dec. 732. n. 6.*

Hanc proportionem, & regulam detrahendi probat communis auctoritas DD. & nostri Tribunalis, constantè firmamentum esse ab hereditate separandum, seu quod idem est, deducendum per prius totum id, quod capiunt fratres tanquam in hereditate non esset, ubi agitur de firmando calculo super legitima, & postea in reliqua hereditate, quæ pertinet ad extraneum, esse detrahendum pro legitima trientem residui, Spad. *conf. 307. n. 9. lib. 5.* Gratian. *discept. 178. num. 9.* Maref. *d. c. 10. n. 9.* Merlin. *de leg. l. 1. n. 4. q. 7. n. 15. et n. 16.* ubi quod hæc uti magis communitè est sequenda, Mart. *de success. leg. p. 1. q. 25. art. 2. n. 23.* & in *digest. tom. 5. tit. de legitima c. 42. c. 72. vers. quando fratri*, Barry *de success. lib. 16. tit. 3. n. 10.* *vers. quibus, et vers. sextus*, ubi quod hæc opinio est receptor, & *Thot. compend. dec. p. 2. verb. legitima, fol. 332.* ubi quod cum hæc distinctio pluries fuit iudicata, Mangili. *ad impurat. quest. 6. n. 26.* Thesaur. *dec. 372. n. 6.* *vers. primus est*, Bellon. *d. quest. 16. n. 149.* ubi hæc fatetur frequentius receptam licet ipse contrarium sentiat, ut infra de Luca de Franch. *dec. 65. n. 10.* Modern. Forolivien. *consul. 18. n. 18.* & *leg. Card. de Luca de legit. d. c. 10. n. 27.* & *discept. 40. n. 4. vers. agnoscendo*, ubi de receptori opinioni Rota, licet sub *n. 2.* eam conetur reprobare, Sperell. *dec. 34. n. 37.* Merlin. *de leg. dec. 69.* & *dec. 421. n. 8. p. 4. divers.* & in *rec. dec. 572. n. 23. p. 5.* & *dec. 219. n. 6. ubi eadem, ac prædicta dec. 219. n. 6. et dec. 732. n. 6. et 7.* Pentinger. *dec. 497. n. 2. l. i. et dec. 2681. n. 4.*

Ni adverteatur, quod prædictæ auctoritates non loquantur in terminis Trebellianicæ, sed legatarum, vel institutionis in re certa. Tum quia pleræque ex eis loquuntur indirectè, & de quocunque casu, tradendo regulam generalem, quod omne id, quod capiunt fratres, five per viam institutionis, five legitime, deducatur per prius, & legitima sit tertia residui dummodò non sit minor tertia tertie, ut præ ceteris Rota dicta decisionibus post Merlin. *de legit. et d. d. dec. 421. n. 8. p. 4. divers.* & *dec. 219. n. 6. p. 6.* Adeoque in dicta regula generaliter continentur omnes casus, sicuti in genere comprehenduntur omnes species, & *leg. Rota dec. 332. n. 8.* & *dec. 662. n. 3.* & *4. n. 18.* Tum quia ratio, propter quam relicta fratribus deducatur per prius, & minuat proportionabiliter, ac indirectè legitimam, ea est, quia succedunt loco partis, & successiones universalis, & constituntur equalitatem testati cum intestato, Maref. *dict. c. 10. n. 9.* Sperell. *dicta dec. 34. n. 37.* Rota *dicta dec. 219. n. 3.* & *leg. R. P. D. mei Benicassa, et n. 20. p. 6. et n. 20. p. 6.*

10 **P**ropterea cum hæc ratio quæ militet in Trebellianica, non potest uterque casus diverso jure determinari, *l. illud, ff. ad leg. Agnil. cum vulgaribus*.

11 **E**t reverà licet multæ sint disparitates inter legata, & Trebellianicam, fuit inter titulum particularem, & universalem, quarum aliquæ cumularunt informatas pro DD. Rospigiosis tamen ad effectum, de quo agitur, nulla inter ea concurrit differentia Primo, quia in hac materia non attenditur titulus, sed emolumentum, ut pro reiicienda huiusmodi diversitate ponderat à aliis relat. Bell. *4. q. 16. n. 157.* & probant omnes decisiones editæ in hac causa super utroque dubio. Secundo, quia titulus universalis concurrit etiam in legatis, quæ succedunt in fratrum loco partis, & successiones universalis, & sub hæc ratione deducuntur per prius, ut dictum est. Nam quando succedunt loco partis, deducuntur pro posterius, sicuti cetera legata extraneis relicta, Maref. *d. c. 10. n. 17.* & *Barry ubi supra, vers. scilicet casus, in fin. Mart. in digest. c. 72. vers. quando excedente*, Card. de Luca *discept. 40. n. 12. de leg. l. 1. n. 4. q. 7. n. 15.* & *leg. Rota dec. 38. et 68.* & post Merlin. *de leg. l. 1. n. 4. q. 7. n. 15.* & *leg. R. P. D. mei Benicassa, s. Quod ius*. Tertio demum, quia eadem opinio firmata reperitur, tam in titulo particulari, quam universalis, & hoc postremo loquitur Spad. *d. conf. 307. n. 9. lib. 3.* Rote post Merlin. *dec. 69.* Dumoz. Jun. *dec. 732. et 852.* & promittit, ac indistinctè de quocunque titulo, *d. dec. 421. n. 8. p. 4. divers.* & *d. dec. 219. n. 6. p. 6.* & ponderando in utroque idem jura statutum esse ipsimet DD. qui in oppositum adducuntur, nempe Gabr. *conf. 94. n. 18.* & *23. lib. 1.* ubi tenet, Trebellianicam deducendam esse ex triente, ex iisdem rationibus, quibus subdit esse ex eo detrahenda legata, Bellon. *dict. quest. 16. n. 157.* ubi expresse relicit differentiam inter fratres institutos, & ad legatum, vel aliud

reliquum vocatos, & sub *n. 108.* loquitur per hæc verba. *Quis in eam erit imputandum, seu de eo detrahendum, quod à fratribus jure relicto, aut Trebellianicæ præcipitur, idem est, si fratres, aut aliqui eorum non videntur ex dispositione legis ad legitimam, sed ex dispositione Testatoris videntur ad hereditatem, vel aliud quod legitimum.* Et Card. de Luca *discept. 40. de leg. n. 12.* ubi ut firmet assumptum in Trebellianicæ, & signanter *dec. 308. et 372.* Dumoz. Jun. Nec obstat, quod per deductionem Trebellianicæ per prius à toto asse, & legitima esse residuo, immutetur natura utriusque, & invertatur ordo, ac tempus detrahendi; cum trebellianica sit quarta ejus, quod restituitur, non sextans hereditatis, & detrahenda sit à quota gravati in actu restitutionis, non verò per prius à tota hereditate: Legitima autem sit debitum jure naturæ detrahendum de toto asse, non residuo, Bald. in *l. in remum n. 14. c. ad Trebell. Bero conf. 95. n. 84. lib. 2.*

Quia hæc omnia tolluntur in præterita dec. *s. Minus obstat, et segg.* ponderando, quod licet forores in eo, quod capiunt, necesse est, quod faciant partem in successione, & minuant proportionabiliter, & consecutivè legitimam ascendenti; ita huiusmodi diminutio fieri non potest, nisi separando, & demendo eam partem ab asse, quod est subiectum successiones, ut ita possit iniri calculus legitime super eo, quod forores non capiunt, iuxta regulam traditam à Rota *d. dec. 69.* post Merlin. *de legit. cum aliis concordant*, adductis supra *s. hanc proportionem*. Nec oritur exinde aliqua inversio, seu confusio juris, quia non intenditur, quod Trebellianica sit sextans hereditatis, vel detrahetur præventivè ab asse; sed solum in actu computationis legitimæ fingatur tantò minus esse in hereditate, quantum ad forores est perventurum, remanente tandem quotæ ceteros effectus Trebellianica in sui natura, & quæ dicitur; propter quod id prædictum videmus in legatis, quæ relicta fratribus deducuntur per prius, & faciunt decretere hereditatem, & tamen non ideo invertitur ordo juris, licet secundum eorum naturam solvenda remaneant post legitimam, *s. scimus antea, c. de inoff. testam. Socce. Jun. conf. 47. n. 3. lib. 2.* Merlin. *de legit. l. 2. tit. 1. q. 10. n. 1.* & *leg. et pariter in dote. legitima filie à statuto exclusæ, quæ ubi non sit subrogata loco legitimæ detrahitur per prius, & legitima cæterorum filiorum computatur ex residuo*, Gabr. *conf. 11. n. 11. 37. et 38.* & *conf. 15. n. 20.* & *leg. lib. 1.* Peregr. *de fideicommissis, art. 38. n. 39.* Greg. *dec. 565. n. 1.* & in *M. f. n. f. fideicommissi 13.* Februarii 1629. *s. super ob. et segg.* cor. Pirovano; & tamen id fit ad solvendum effectum discandi calculum, cum de cætero huiusmodi dos non solvatur ante legitimam, sed de tempore, quo matrimonium contrahitur, Ludov. *dec. 346. n. 2.* & *leg. Emin. Cer. dec. 303. n. 7.* & *dec. 211. n. 3.* & *4. p. 18.*

His ita firmatis, modò non obstat opinio aliorum DD. tentium in casu proposito, quod Trebellianica sit deducenda ex ipso triente per viam imputationis non verò ab asse per viam subductionis, ut vult Gabriel. *conf. 94. n. 18. lib. 1.* Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *discept. 178.* & *num. 2.* Bellon. *dict. quest. 16. num. 153.* & *173.* Cardin. de Luca *discept. 40. num. 8.* & *9.* de legit. Tum quia est specialiter reprobata à Rota in *dec. 38.* *num. 8.* post Merlin. ubi quod hic modus detrahendi nulli in jure scriptis reperitur. Tum quia est in oppositum communiori sententia plurium DD. & præcipue Rote, de qua supra *s. hanc proportionem*. Adeoque ista prævalere debet, nec ab ea esse recedendum, Coccin. *dec. 2080. num. 5.* & *dec. 15. numer. 19. part. 19.*

Præsertim quia dicta opinio Gabrielis, & sequacium non videtur congruè fultiri. Quod enim diminutio faciendæ sit per imputationem, eò quia legitima à fratribus non possit minui per concurrem, ut vult Bellon. *d. q. 16. n. 127. sub n. 153.* & *198.* *vers. sus sumum*, est consequentia, quæ necessarium non sequitur à suo antecedente, & propterea à argumentum est fallax, Everard. *loc. ad Butrig. conf. 94. n. 2.* & *p. ponderat. de decis. Emin. Matthei sub die 15. Junii 1684. s. Nec institutori*. Signanter quia nec antecedens subdit; licet enim verum sit, quod legitima non minuitur per concurrem directionem, & immediatam, minuitur tamen per in directam, & causativam, ut supra *s. præmissa*; ideo frustra recurritur ad modum extraordinarium imputationis, seu detractionis ex triente, quando competit ordinarius, & regularis concursus indirectæ, seu subductionis ab asse, *l. quando in princip. ff. de eden. l. in causis, ff. de minor. Altera ratio adducta ab eodem Bellon. *nu. 173.* quod ex fideicommissio puro non possit detrahi duo quartæ, non procedit in diversis personis ex diverso, & separato respectu ad duplicem quartam venientibus, ut sunt in presenti legitima.*

legitimarum, & hæres Trebellianus Socini. Sen. conf. 93. sub num. 8. verf. his tamen. l. i. Mart. Medic. ex am. 29. sub nu. 24. s. ex his, verf. & hoc. Ad den. ad Clar. s. testamentum qu. 63. nu. 12. & 13. Mangil. de impug. 9. 25. Merlin. de legi. l. i. tit. 3. q. 1. nu. 16. & admittit Card. de Luca. d. dif. 40. num. 8. Nec demum urget, quod Trebellianica deducenda fit extrinseca ad hoc, ut remaneat testatoris libera facultas disponendi de octuncio, ut arguit Bellon. d. m. 177. Card. de Luca. dif. 40. nu. 12. quia huiusmodi facultas, quæ desinitur ex s. frequenter. Au. th. de trien. s. semiff. militat in casu simplici, quando scilicet agitur cum solo legituario, de quo loquitur textus prædictus: non autem quando per mixturam aliarum personarum, & per dispositionem aliarum legum ipsum octuncium est subiectum iteratis detractionibus; tunc enim sibi imputat testator, si elegit viam, per quam ejus dispositio supponitur ex diverso respectu detractionis duplicis quarta, ut per Socini. Sen. d. conf. 93. n. 3. verf. his tamen. Mart. Medic. loc. cit. sub n. 24. verf. & ideo. Altrograd. conf. 51. n. 4. t. & quotidiana sunt exempla, in quibus ultra legitimam detrahitur Trebellianica, vel falsicia, vel quarta, vigore auct. præterea. C. unde vir. & uxor. cum similibus, una imputatur in aliam sub pretextu libere facultatis disponendi de octuncio, ut bene in proposito advertit Socci. Sen. d. conf. 93. sub n. 8. verf. præterea simamus.

Converso continet plures implicantias, & absurda. Præmo enim legata, quæ sunt liberalitates defuncti ab hærede præstantia, & Trebellianica, quæ est premium restitutionis detrahendum ad onus fideicommissarii, deducuntur ex legitima, quæ nec repræsentat hæredem, nec fideicommissarium, & sic imponitur onus rei, quæ de sui natura gravamen non recipit, l. omnimodo. C. l. quoniam C. de inoff. testam. Secundo, imputatio, quæ est quedam species permutacionis, seu compensacionis, datur de persona ad personam materialiter, & formaliter distinctam, & ex pure totaliter diverso venientem, quod in iure non convenit, argum. text. in l. 1. C. de s. de compens. Mangil. de impug. 9. 33. n. 10. & 48. n. 23. Greg. dec. 366. n. 2. Tertio, tandem diminutio ferret per concursum dicitur, & immediatum in legitimam in substantiam quantum fortiores caperent, tantum ex triente minuerent, quod ex principiis superius traditis admitti non potest, quia fratres nullum jus habentes in legitima minuerent non possunt, nisi per concursum indirectum, & causivum, ut fatetur ipsemet Bellon. d. q. 16. sub num. 111. cum alia supra adductis.

Nec proinde sententia quidquam facit exemplum fratris deducens ex triente portionem legitimam sibi debitam in casu turpis personæ, instituit, & alterum filij per statutum exclusivæ, quæ similiter detrahitur ex triente, ad differentiam alterius casus, quando non subrogatur loco legitime quæ deducitur per prius a rota hereditate, ex adductis supra s. quia hæc; inde arguendo, quod ea, quæ capiunt fratres titulo particulari, sint deducenda per prius a toto asse: quæ vero titulo universalis, prout est Trebellianica, sint deducenda ex triente.

Quia argumentum abunde tollitur ex firmatis supra s. & revertitur, ubi ostenditur, nullam in subiecta materia esse disparitatem inter titulum particularem, & universalem; & ulterius convincitur inapplicabile ex defectu suppositi. Nam portio legitima fratris, & dos filiarum statuto exclusivæ detrahitur ex triente ratione essentie, & nature rei, quia nempe est legitima, & succedit loco legitime, ut apponit adverteit decisio R. P. D. mei Benincasa, s. corruis; non autem ratione tituli universalis, qui in legitimitate non concurrit. Gabr. conf. 137. n. 12. l. 2. Grat. diff. 932. n. 1. Merlin. de legi. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. 5. Rot. dec. 1658. cor. Coc. d. dec. 3. nu. 27. coram Emin. Octob. & dec. 70. n. 8. p. 12. & 413. n. 10. & dec. 560. n. 2. p. 18. & dec. 223. n. 1. p. 19. & in Afulana Parochialis 14. Marti 1683. s. ius autem, cor. R. P. D. meo Hervault, & 5. Julii 1684. s. firmato, cor. R. P. D. meo Benincasa.

Quæ demum subdantur circa detractionem Trebellianicæ per posterius, cum hoc, quod legitima sit triente terrie, non pertinet ad præsentem articulum, sed ad alterum super quota legitime; & ideo satis est habere remissivè ad decisiones editas super dubio prædicto, in quibus hæc opinio late restituitur.

R. P. D. URSINO.

Romana, fei Januarii legitime.

Penitit 20. Februarii 1688.

A R G U M E N T U M.

Superius relate decisiones, in quibus pro Ascendente deducitur, legitimam esse tertiam totius, confirmantur.

S U M M A R I U M.

- 1 Sententia, quæ aliam confirmat, dicitur conformis, & confirmatur rem judicatam, si præcesserint alia dicitur.
- 2 In sequela rei indicata debet fieri executio sententiarum.
- 3 Testamentum, in quo quis præterit Avus, est nullum.
- 4 Et eo casu tam Avus, quam fratres, & sorores defuncti, ad intestato succedunt.
- 5 Si tamen gratum per fideicommissum ad restituendum hæreditatem hæredi scripto, sit in testamento ad sive clausula codicillaris.
- 6 Et hoc casu Avus tenet legitimam, quæ est triente totius.
- 7 Legitima est triente pars eius, quæ quæ quæ habiturus esset ab intestato.
- 8 Non tamen extendit eventum, quod in causa testati, si fratres scripti non sint, qui ab intestato venient, non sit triente totius asse hæreditarii.
- 9 Legitima Ascendentis est triente totius, si in hereditate defuncti concurret frater, aut soror ex uno tantum latere.
- 10 Sic etiam, si vel ex statusaria exclusione, vel simili latere, quod defunctus non habuerit concursum cum ascendente in casu, quo defunctus ab intestato succeditur.
- 11 Concursus inter Avum, vel soror in successione cum ascendente ob contractum alicuius testamentum non operatur diminutionem legitimæ, si illud exquirat restituere hereditatem hæredi scripto ab intestato clausula codicillaris.
- 12 Etiam si successio esset effectus detrahendi Trebellianicam, quia adhuc legitima Ascendentis esset triente totius restituta.
- 13 Et reddatur ratio n. 13. & 15.
- 14 Explicatur text. in s. quia de causa verf. prodest autem in s. de suc. cess. libert.
- 15 Declaratur Baldus in 20. q. 1. 4. spad. conf. 300. & 207. lib. 3. C. v. r. cor. 133. sub nu. 6.
- 16 Fideicommissa conditionata, vel in diem, sunt affirmabilia circa eventum conditionis, vel intervallum diem, & n. 19.
- 17 Gravamen in usufructu inducit conditionem ex illis.
- 18 Et assumatur ad augmentum legitimæ.
- 19 Et dicuntur non sit illatio.
- 20 Restitutio debetur ex vi clausula codicillaris, reputatur hæres legitimæ, & pari nemini, & n. 24.
- 21 Clausula codicillaris nihil operatur favore turpi persona.
- 22 Diminutio legitima Ascendentis eo tantum casu fit, quatenus ad sive favor eorum, qui succedent ab intestato.
- 23 Hinc sequitur favor non ad sive, legitima Ascendentis est triente totius licet ex ista Ascendens plus caperet detrahendo, quam succedendo.
- 24 Explicatur text. in s. corruis, authent. de trien. & simiff.
- 25 Declaratur, & respicitur reitricitur Doctores, qui solent in contrarium laudari.
- 26 Rota non permittit concurrere dubia diversa, & disputationes extraneas.

DECISIO XXXI.

A Tribus sententiis Rotabilibus prolatis per h. me. Cardinalem Marchegium, & per DD. meos Benincasam, & Caccialem, uniformiter decernentibus, legitimam debitam D. Jo. Baptistæ Centurionio esse tertiam totius hereditatis partem, quam DD. Testatoris Sorores non capiunt, tertio provocantes Domini de Rosignolibus hæredes, obtrunant causam in gradu ulterioris appellacionis per Signaturam Justitiæ mihi committi cum clausula sine præjudicio trium conformium quoad tertiam tertiam, in reliquis consilio de tribus.

Quapropter ad normam dictæ commissiois disputato hodie dubio, Ad constet de rebus, quæ veniant exsequendas DD. affirmativè omnibus responderunt, attenta conformitate sententiarum, quarum una alteram simpliciter confirmat, cumque ex ea, & ex numero trium, quando prout hic sententia sit valide, & iuste, constitutur res judicata, Clem. n. calumnias de re judic. C. l. i. & rot. in s. de re judic. clem. 1. de sentent. & re judic.

Validitas autem in dubium non fuit revocata, ut potest de jure præsumpta, & ex actis restitunt. Justitia autem est acriter contra verba, vifa tamen fuit satis abunde firmata in decisionibus causæ, quæ Rotales præcederant sententias. Quandoquidem dum Princeps Nicolaus Pallavicinus, instituto sibi herede Cardinali Lazaro Patruo, neglectisque duabus Sororibus, præterit instituit Joannem Baptistam Centurionem Avum maternum, annullato ob hanc præteritionem Testamento, ad limites Textus in s. seu autem, Auth. ut cum de appell. cognosc. cum concordat. tam ipse Avus, quam Sorores equaliter succedentes ab intestato ad Hæredita-

Hæreditatem Nepotis, & respectivè fratris defuncti, ex utroque latere conjuncti, juxta alium Textum in s. si verò cum ascendente, Auth. de hæred. ab intest. venien. C. in s. Et quamvis, Auth. de nupt. & in Auth. defunctio. C. ad Tertullian. remaneret gravati per fideicommissum ad restituendam hereditatem Cardinali hæredi scripto vigore clausulæ codicillaris in eodem Testamento adiectæ, juxta latè deducitur per Mart. de claus. p. 3. claus. 1. n. 19. & segg. & n. 44. Argel. de acquir. poss. quæ 3. n. 929. Simon de fregg. de inter. prei. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 1. d. 4. n. 18. pag. mibi 226. Rot. rec. p. 14. dec. 303. n. 4. Quo casu communis est opinio Burrigarii quæ 6. contra Bartol. in l. pariter filium n. 8. ff. de inoffic. testament. ut Avus, vel similis Ascendens deherat per sua legitima tertiam partem totius substantiæ defuncti, quæ correspondet Trienti, de quo in Avum novissima. Cod. de inoffic. testamen. & quadriuncio, ferè tertiam partem hereditatis, juxta distributionem assis duodenarii hæreditarii, in s. 1. Auth. de Trienti & Semiff. ut in terminis concludunt Gabr. conf. 94. sub nu. 2. verf. ut stante aliqua, juncto n. 9. & segg. vel n. 1. Petr. de fideicommiss. quæ 5. n. 75. verf. omnium tamen, Venet. impress. Barry de success. lib. 16. tit. 3. n. 10. verf. Tertius casus, Bellon. de int. acci. fec. 6. q. 16. n. 170. & segg. junctis antecedent. Card. de Luca. in s. p. 16. de legit. n. 4. & segg. sub n. 3. & segg. Carol. Ant. de Luca. in s. p. 63. sub n. 2. verf. contrarium, cum aliis in decisionibus suis causæ 26. Martii 1685. s. Nec dicitur, & s. De m. m. coram clar. mem. Cardinal. Matthæo, & 9. Decembris 1686. sub s. Retetur, coram R. P. D. meo Caccia.

Neque exinde aliqua inducitur repugnantia cum jure antiquo, quæ determinat legitimam in tertiam parte eius, quod quis habiturus esset ab intestato, ad terminos Textus in l. Papinianus, s. si quis moris, & s. quoniam, ff. de inoffic. C. in l. eadem, & in l. qui nupt. 31. C. illo eodem s. de inoffic. C. in leg. illud 20. Cod. de cellation. C. in s. sed hæc ita instituit, ut inoffic. glof. in leg. Adrogator 22. verf. quartam, ff. de adopt. & inoffic. Quia verum est in suis terminis antecedens, sed non est vera consequentia, quod scilicet Avus in hoc casum ab intestato, ac si habere deberet universam successione, qui, quatenus institutio Cardinali hæredi Patruo non substitueret, voluit eidem hæredi scripto restituere hereditatem per fideicommissum vigore prædictæ clausulæ codicillaris, reputatur pro civilliter mortuus quemadmodum in hoc casu instituti ipse sorores essent exclusæ, factò proprio legis, vel hominis, Avus succederet in omni asse, atque ideo ejus legitima esset triente pars totius substantiæ defuncti, correspondens trienti bonorum, seu quadriuncio assis duodenarii hereditarii, juxta novissimam actionem authenticoeorum mox expensam: ita est voluit, resistente exclusione testatoris; atque jura, quæ volunt legitimam esse tertiam ejus, quod quis habiturus esset ab intestato, non determinant questionem testati, nisi comparative, & similitudinariè, quæ comparatio fieri non potest, nisi demus terminos habiles in utroque casu, aliàs idem esset comparatio id, quod est cum eo, quod non est; sicque non concurrente æqualitate inter causam testati, & intestati, & cessante concursu directo eorum, quibus deberetur legitima, vel indistincto fratum, & sororum ex utroque latere forsam vocatorum, causativè legitimam minuerent, cessat diminutio successiois, & consequenter legitima Avi, qui caput Trientem universæ substantiæ, seu quadriuncium assis hereditarii, quasi tertiam ejus, quod esset ab intestato habiturus fratris non existentibus, juxta elegantem Theoricam Baldi in s. Autheur. novissima, nu. 10. & ubi Salicet. nu. 14. cum Jason. nu. 63. Cod. de inoffic. idem Bald. in l. pariter filium nu. 7. ff. illo eodem s. de inoffic. Alexand. qui testatur de communi, in l. si pluribus 33. s. si duobus, n. 9. ff. de legat. 1. Oldrad. consil. 223. num. 4. verf. Non obstat. Gabr. eodem consil. 92. n. 13. vol. 1. Surd. consil. 404. n. 7. optimè lo. Franc. de Pont. consil. 66. nu. 5. verf. Nam testator, & verf. ultimo, & per tot. ad consil. 68. d. numer. 2. Thef. dec. 172. n. 2. & nu. 6. verf. Secundum casus, Peregr. de fideicommiss. art. 38. n. 15. late Bellon. de int. acci. c. 6. quæ 15. nu. 71. & segg. Mangil. de impug. quæ 6. n. 34. Gratian. discip. 178. n. 1. & segg. Sperell. dec. 34. n. 4. verf. Vtrum, & pluribus segg. de melius n. 15. & segg. Carol. Ant. de Luca. ad Franc. eadem dec. 63. num. 6. & perpetuo dixit Rota in illa obiecta Afulana legitima coram Bubalo apud Merlin. de legit. dec. 39. nu. 14. repetita in duobus, p. 4. dec. 41. & in alia pariter obiecta Perusina de Oddis, quæ est coram Milino dec. 74. nu. 7. & apud Torr. de pacti futur. success. dec. 133. n. 31. & in aliis, ne etiam recoquatur, adductis in decisionibus hujus causæ 14. Junii 1680. s. Corruis, & 26. Martii 1685. s. Et quam-

vis, & segg. ac 23. Januarii 1686. & s. Quibus tamen, & s. Id quo in substantia, atque & s. Quæritur, coram clar. Card. Matthæo, 17. Junii 1686. s. Et hæc quoque, cor. R. P. D. meo Benincasa, & 9. Decembris eisdem anni 1685. & s. Hanc proportionem, & s. Secundo non obstat, ac 14. Aprilis 1687. s. Quibus non obstat, cor. R. P. D. meo Caccia.

Totum enim pendet à favore fratum, & sororum ex utroque latere concurrentium in successione fratris, vel sororis cum ascendente; ideoque si ascendens non haberet concurrentem ex illis, sed præfinit frater, aut soror ex uno tantum latere, quibus non deberetur successio, ad præscriptum Textus in Auth. defunctio. Cod. ad Tertullian. adhuc legitima Ascendentis est triente totius, ut in Afulana legitima coram Bubalo, quæ est apud Merlin. de legit. dec. 39. nu. 17. & coram Dunozeto. Jun. dec. 308. n. 16. & in decis. hujus causæ 9. Decembris 1685. s. Ratio est, & s. Eadem proportione, cor. R. P. D. meo Caccia. Sic nempe dicitur, data exclusione statutaria, vel simili alterius concurrentium fratrum, vel Sororum ex utroque latere, alioquin concurrentium in viriles partes cum ascendente in successione legitimam eisdem Ascendentis esse tertiam totius hereditatis, non tertiam portionem, quam ascendens habiturus fuisset ab intestato, quia ascendens hoc casu non habet aliquid, qui concurrat cum eo in successione, neque est eadem ratio cum legali successione intestata, Marefort. variat. variat. lib. 1. c. 10. n. 13. lo. Francic. de Pont. eodem consil. 68. n. 16. ad s. verf. Sicut enim super statutum, Sperell. eadem dec. 34. nu. 4. verf. Et in terminis, Rota apud Merlin. de legit. dec. 38. n. 6. & coram Dunozeto. Jun. dec. 308. n. 19. ubi in hunc finem declaratur toties obiecta decisio in Afulana legitima cor. Bubalo, quæ verè ita loquitur apud Merlin. de legit. dec. 39. n. 16.

Hanc veritatem bene agnoscens subtiliter scribentes contra sententias, dicebant, non posse considerari sorores tamquam civilliter mortuas, nec concurrentes ponitis in successione Principis Pallavicini nisi Fratris defuncti, dum veluti venientes ab intestato unâ cum Avo rogabantur ex clausula codicillari restituere hereditatem per fideicommissum Cardinali Patruo hæredi nulli restituro, quinimò ipsas reputari hæredes, dum veluti tales habent detractionem quartæ Trebellianicæ iam à Rota canonizatum. Sed iterum responderunt DD. scilicet hereditatem, in qua adeo instituebatur per informantes, quasi Avus, & due Sorores venientes ab intestato, cum gravamine restituendi per fideicommissum hæredi scripto, illam dividendam in tres partes, non esse considerabilem ad hunc effectum, nec proficuum, quia aditio hereditatis ab intestato est momentanea, & inefficax vel immediatam restitutionem hæredi scripto, l. restituere, iuncta l. final. in s. ff. de verborum signific. C. l. qui restituere, ff. de rei vindic. & ideo non est apta minuire legitimam Avi, cum ratio diminutio sit in efficacia, non autem in denominatione, & titulo, nudumque nomen hæredis non obstat matri, qui capiat per sua legitima totum trientem, ad litteram Textus in l. 2. s. Sed si sint, ff. ad Tertullian. dum sorores, nec Avus pro seipsis acquirunt successione, non teneant restituere heredi scripto, quasi instrumentum, & organum acquisitionis illius, cum non dicatur succedere, qui succedit iure effectu, & emolumentum, l. qui concubina 29. s. cum ita l. 2. ff. de legat. 3. & in l. 2. s. ita, l. iud. tenendum, ff. de hæred. vel action. vendit. atque effectus successiois consistit in ipsa retentione rei, non in denominatione, & titulo, l. unice. verf. quamvis, ff. si pendens appell. l. i. non videtur 23. ff. de acquir. poss. Sicque ad effectum detrahendi Trebellianicam considerantur pro herede habiles, quia inspicitur solutus gravamen, & onus, cum Trebellianica sit premium restitutionis, l. 1. et rot. in s. ad Trebellian. sed ubi agitur de minuenda legitima, spectatur in fratribus, vel sororibus favor, vel emolumentum, ut toties, dictum est s. de Trebellianica reputatur heredes, quia verè restituunt, non autem effectus secundo, pro minuenda legitima Avi, quia nihil cum effectus acquirunt, neque emolumentum consequuntur, ut distinguit Textus l. 1. s. Qui minor, ff. ut legat. seu fideicommiss. l. i. s. Hoc autem eventum, cum hereditas pro aliqua parte est Trebellianicæ restituuntur, nam pro rata exonerandi sunt hæres eius pariter restituere, cuius emolumentum sibi ablatum est: ubi glof. verf. qui hæres, Inquit: Remanet enim hæres nomine, Bartol. in l. i. dec. 39. nu. 14. repetita in duobus, p. 4. dec. 41. & in alia pariter obiecta Perusina de Oddis, quæ est coram Milino dec. 74. nu. 7. & apud Torr. de pacti futur. success. dec. 133. n. 31. & in aliis, ne etiam recoquatur, adductis in decisionibus hujus causæ 14. Junii 1680. s. Corruis, & 26. Martii 1685. s. Et quam-

vis, & segg. ac 23. Januarii 1686. & s. Quibus tamen, & s. Id quo in substantia, atque & s. Quæritur, coram clar. Card. Matthæo, 17. Junii 1686. s. Et hæc quoque, cor. R. P. D. meo Benincasa, & 9. Decembris eisdem anni 1685. & s. Hanc proportionem, & s. Secundo non obstat, ac 14. Aprilis 1687. s. Quibus non obstat, cor. R. P. D. meo Caccia.

R. P. D. URSINO.

R^omana, seu Ianuen. legitima super modo detrahendi Trebellianica.

Veneris 20, Ianuarii 1688.

Confirmantur decisa in decis. 28. superius notata.

SUMMARIUM.

- 1 **A**vus, & fratres aequaliter succedunt ab intestato respectu nepoti, & fratri utriusque coniuncto.
- 2 Trebellianica, est quarta pars eius, quod restituitur.
- 3 Præteritus, & per fideicommissum restitui rogatus per clausulam codicillarem, non potest detrudere, nisi nam quartam.
- 4 **Q**uidquid debetur fratribus, & fororibus, detrahatur ante legitimam, dummodo ista non sit minus tertia parte eius, quod ille consequutus fuisset ab intestato.
- 5 Trebellianica debetur in premium restitutionis.
- 6 Quod detrahunt fratres, siue titulo universali, siue particulari, separatur ante legitimam, dummodo detrahitur intra mensuram virilis portionis, ad quam vocatur de lege in successione intestata fratris una cum ascendente.
- 7 Trebellianica, quam detrahunt fratres, non detrahatur ab asc. ante legitimam, sed solum in actu computationis legitime fingitur tantum minus esse in hereditate, & n. 17.
- 8 Doctores tenentes, quod Trebellianica debita fratribus detrahatur ex triente debito Avæ, reuocantur.
- 9 Dna quarta potest detrahi ab una persona ex diverso titulo veniente, quatenus agatur de fideicommissio conditionali, scilicet si de puro.
- 10 Testatori libera remanere debet dispositio disponendi de octuncio.
- 11 Ex isto tenore octuncio debet detrahi Trebellianica.
- 12 Trebellianica etiam fratribus debita non detrahatur à legitima, quæ ab omni genere debet esse exempta.
- 13 Trebellianica est quarta pars eius, quod restituitur in premium restitutionis.
- 14 Nam facere potest, quod leges non habeant locum in eius dispositione.
- 15 Trebellianica deducitur præter mentem testatoris.
- 16 Ob contrabulationem Testamenti in restitutione, qua fit virtute clausula codicillaris, fratres Trebellianicam tantummodo detrudere valent ex illa parte, quam ipsi restituerunt.

DECISIO XXXII.

PRÆsupposita fundamentali conclusionè abundè firmata in altera huius causæ decisione hæc eadem die coram me edita, quod scilicet legitima Domini Joannis Baptiste Centurioni Avi matris Principis Nicolai Pallavicini in eius Testamento præteriti sit tertia totius substantiæ pars, quam DD. Sorores defuncto utriusque coniunctæ non capiunt, cum tantò consequuta vita fuit affirmativa resolutio huiusce alterius dubii. Quo ad modum detrahendi Trebellianicam ab hereditate, non autem ab ipso triente legitimæ, iam satis determinatum in d.d. tribus sententiis, quas propterea Domini in hæc etiam parte validas, & iustas recognoverunt.

Amollato nempe Testamento Principis prædicti per Avi præteritorem, cum tam ipse Avus, quam duæ Sorores Principis defuncti, veluti æqualiter eidem succedentes ab intestato, respectivè Nepoti, & fratri utriusque coniuncto, & semiss. ætatis hereditatis, seu reliqua duplex tertia pars ejusdem correspondens Octuncio. Assis duodenarii hereditarii erat restituenda ab aliis duabus Sororibus, respectu unius Octuncii, seu duplis tertia partis restitutionis ab eis faciendæ, juxta germana juris principia hoc Tribunal determinavit duasuncias pro illarum Trebellianica, quæ est quarta pars eius, quod restituitur, juxta notissimos Textus in leg. l. & n. 10 tit. ff. & Cod. ad Trebellian. dum Avus in restitutione restituitur, Quartam Trebellianicam detrahere nequit, cum detrahit legitimam, veluti purè rogatus, & illic restitui, ut in terminis præteriti, & rogati per

fideicommissum restituere propter clausulam codicillarem, est communis conclusio, non posse illum detrudere, nisi unam quartam, de qua Jurisperiti in leg. eobared. s. cum filia, ff. de vulgari filium quem habentem. Cod. fam. etiam, & in l. quamquam, C. ad leg. falcid. & Canonice in cap. Raynultini, & in ca. Raynaldus de Testamento. Gabriel. conf. 113. & num. 4. volum. 1. Mart. de successione legal. part. 1. quest. 25. art. 4. num. 34. vers. item quis. Cost. de ration. rat. q. 202. e. num. 2. ubi quod detrahatur sola legitima, & non Trebellianica, Simon. de Præ. de interp. ultim. volum. lib. 2. interpr. 1. dubit. 1. solut. 10. numer. 18. conf. 569. Merlin. de leg. lib. 1. tit. 3. n. 1. num. 21. Fusat. de subst. q. 569. num. 19. & num. 49. Burtat. qui testatur de communi, conf. 88. n. 23. Mantie. de consuet. lib. 7. tit. 12. num. 21. & seq. latè Grat. disp. 902. num. 28. Card. de Luc. in supplement. de legitim. disp. 40. numer. 6. Mart. de claus. part. 3. class. 11. num. 37. Rot. rec. p. l. dec. 66. n. 2. & dec. 568. num. 4. & part. 4. dec. 303. num. 20. & apud Merlin. de leg. dec. 1. n. 2. & in decisionibus illius causæ super præteriti dubio 15. Junii 1685. s. Minus obstrare, & melius 23. Januarii 1686. s. ad tertium, coram clar. mem. Cardin. Matthæo, & 9. Decembris 1686. s. ad secundum, cor. R. P. D. meo Caccia.

Cum autem, ut in d. decisione alterius dubii à me extenta hæc eadem die, firmatum fuerit, quando hereditas per fideicommissum propter clausulam codicillarem restituitur, est illic à venientibus ab intestato, heredi nulliter scripto in Testamento, qui est extraneus, ut in casu est Cardinalis Patruus, siquid debetur ipsius venientibus ab intestato fratribus, & fororibus utriusque coniunctis, five titulo ascendenti Legati, five universalis Institutionis, subducendum sit prius immune, & residuo hereditatis debeatur Trebellianica Ascendenti in Tertia Tota, dummodo non sit minus Tertia parte eius, quod ille consequutus fuisset ab intestato. Spad. conf. 307. sub numer. 9. vers. ubi fuit decisum volum. 3. Rota apud Merlin. de legitim. dec. 69. n. 2. & passim in aliis, consequens est, ut idem dicendum sit de Trebellianica, quæ dicitur debita ob titulum heredis in premium restitutionis, l. 1. & tot. tit. ff. & Cod. ad Trebellian. quia titulus universalis, quo debetur Trebellianica, non diversificat rationem decidendi, dum semper manet inconcussa conclusio, quod quidquid debetur fratribus, vel fororibus, quocumque titulo, universaliter vel particulariter detrahatur ante, dummodo intra mensuram virilis portionis, ad quam vocatur à lege in successione intestata fratris una cum Ascendente, ex littera Textus in s. & vers. cum Ascendentibus Authent. de hered. ab intestat. venientibus, in s. & quatenus Authent. de Nuptiis, & in dist. Authent. de fundat. C. ad Trebellian. ut præter adductos in præteritis decisionibus, & in alia à me hodie extenta, super dubio quatuordecim, Spere. l. dec. 34. num. 34. & seq. Urecol. conf. 18. num. 18. vol. 1. Card. de Luca in suppl. de leg. eadem disp. 40. num. 4. vers. ubi verò. Spad. conf. 307. num. 9. ad fin. vol. 3. cum aliis in decisionibus super hoc dubio 15. Junii 1685. s. atamen, & seq. & 24. Januarii 1686. s. contrarium, & s. imò si legata, & seq. cor. clar. mem. Card. Matthæo, & 17. Junii 1586. & s. cum num. cor. R. P. D. meo Benincasa, & 9. Decembris eiusdem anni 1686. s. ratio & seq. & s. ad primum, & ac 14. Aprilis 1687. s. Hanc præparatorem, & seq. coram R. P. D. meo Caccia, & prius in toties adducta Afeulana legitima coram Buhalo apud Merlin. de legitim. dec. 69. & dec. 98. & 92. ubi pariter fratres erant heredes instituti, & coram Dunozet. Jun. dec. 308. num. 7. & n. 15. & dec. 732. num. 9. & seq. et dec. 757. à princip. & in Romana, seu Bononien. Societas Officii, & legitima 12. Junii 1682. s. ad secundum, & seq. & 28. Novembris eiusdem anni s. cum igitur, coram bo. mem. Guaxardo.

Nec idè immutatur natura Trebellianica detrahendo illam per prius, cum potius videatur detrahenda per posterius à quota gravata in actu restitutionis, quia Rota nunquam intellexit, quod Trebellianica detrahitur preventive ab Asc. sed solum, quod in actu computationis legitime, fingatur tantò minus esse in hereditate, quantò magis est pervenerunt ad forores ex quarta hæc, ob restituendam ab eis duplicem tertiam hereditatis, dum aliam tertiam, ut dixi, restituit Avus, cum istæ tres personæ venientes ab intestato, rogatæ sint per fideicommissum ex clausula codicillari restituere heredi nulliter scripto, sicut admittunt informantes contra sententiam in legatis, quæ relicta fratribus, vel fororibus utriusque coniunctis, deducuntur per prius, & faciunt decretere hereditatem, non interverso exinde ordine iuris, dum ad sit solum pro computatione inenda, non pro ipsa respectiva præstatione, cum iuxta eorum naturam solvenda remaneant post legitimam, est recta Textus in l. scimus an-

re, & de inofficio, atque dos relicta filia à statuto exclusæ, ubi non sit subrogata loco legitimæ, detrahatur per prius, & legitima categororum filiorum computatur ex residuo, ad solum tamen effectum ducendi calculum cum aliquo non solvatur ante legitimam, sed tempore nuptiarum, Rota coram Ludovico dec. 346. num. 7. & seq. & coram Eminentissimo Gerardo dec. 303. num. 7. & interuentor. dec. 211. num. 3. & sequens. ac latè huic obiecto satisfactes prosequuntur decisiones super hoc dubio 31. Januarii 1686. s. quibus obstrare, & s. nec obstrat, & s. ad tertium, coram clar. mem. Card. Mat. thæo, & 14. Aprilis 1687. s. nec obstrat, & seq. cor. R. P. D. meo Caccia.

His pointis iterum DD. reejerunt opinionem Gabriel. conf. 929. n. 22. volum. 1. Spad. conf. 300. n. 3. vers. fideicommissum volum. 4. Bellon. de pure affectum. cap. 6. quest. 16. num. 173. cum quo pertransit Card. de Luca in supplemento de legitim. eodem discurs. 43. num. 8. quod nempe Trebellianica à fororibus hoc casu detrahenda sit deducenda ex Triente, quod ex tota substantia tribuitur Ascendenti per quamdam speciem imputationis, quia ratio ab eis deducta non est vera, quod legitima Ascendentis non possit minus à fratribus per concursum, dom licet non possit minus per concursum directum, cum ipsi non sint legitimarii, potest tamen per indirectum, & causative, minuendo hereditatem ex eo, quod ipsis, titulo singulari, vel universaliter relinquatur, & consequenter legitimam, quæ tanto minor est, quanto plus illis debetur, iuxta receptissimam, & communissimam sententiam, seu unicam rationem diminuendi à DD. in his terminis traditam, nempe Bald. conf. 350. num. 2. lib. 4. Gabriel. dicto conf. 94. sub numer. 2. Marefcot. variarum resolut. lib. 1. cap. 10. num. 19. & 20. Per regim. de fideicommissum art. 38. num. 13. vers. quartus casus. Bellon. dicta quest. 16. n. 109. Rota dec. 421. num. 4. & seq. parte 4. divers. & dec. 219. n. 7. part. 6. Dunozet. Jun. dec. 732. n. 6. & 7. atque semper est falsa consequentia, ut in non possunt imputationem, ut in specie eam reprobatam Rota apud Merlin. de legitim. dec. 38. n. 5. Quod autem duplex quarta parte detrahi requeat, procedit respectu unius personæ eodem tempore in fideicommissum, ut ab initio dictum est; non autem in diversis personis, ex separato respectu ad duplicem Quartam venientibus, prout in hoc casu venit Avus ad legitimam, ac duæ Sorores ad Trebellianicam, Socce. Sen. conf. 93. numer. 8. vers. his tamen, vol. 1. Laderch. conf. 51. numer. 2. vers. in præteriti, Mart. Medic. inter dec. Senen. exam. 29. num. 24. s. ex his vers. & hæc, Add. ad Clar. s. Testamentum qu. 63. num. 12. & seq. Bart. de success. legal. p. 1. q. 25. art. 4. num. 36. & seq. Mangli. de impur. q. 1. num. 25. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 3. l. 1. num. 16. & admittit Cardin. de Luc. in suppl. de legitim. eodem discurs. 40. num. 8.

Quodque Trebellianica deducenda sit à Triente Ascendenti debito per legitimam, ad hoc, ut Testatori remaneat libera facultas disponendi de Octuncio, eidem præservato, ex s. frequenter Authent. de Trient. & Semiss. non concludit, quia libertas disponendi de Octuncio est subordinata legibus, quæ volunt, fieri detractionem Quartæ Trebellianicæ ex ipso Octuncio, quod Sorores restituant, ut ab initio dictum est, & vult etiam ipse Princeps Testator, qui in iungendo restitutionem universæ hereditatis venientibus ab intestato per fideicommissum favore heredis scripti, & propter clausulam codicillarem, fecit dispositionem subalternatam deductioni Senatus Consulti Trebelliani; prout quotididè videmus in dispositionibus Testamentum, in quibus ultra legitimam detrahuntur Quartæ Trebellianicæ, vel Falcidiæ, aut vigore Authent. Præterea, Cod. unde vir, & Uxor, neque una imputatur in aliam sub prætextu liberæ facultatis disponendi de Octuncio, ut optime ratiocinatur Socce. Sen. eodem conf. 93. sub numer. 5. vers. his tamen, & vers. præterea singulis volum. 1. Mart. Medic. inter dec. Senen. eodem examinat. 24. vers. & idè; Alotgrad. conf. 31. sub n. 41. volum. 1. & plene deducunt decisiones huius causæ 15. Junii 1687. s. nec contra, s. nec sustineri usque ad finem, & 23. Januarii 1686. s. nec obstrat, s. nec confuso, & s. neque mercator, coram clar. mem. Card. Matthæo, & 17. Junii eiusdem anni 1686. s. finali. cor. R. P. D. meo Benincasa, & 9. Decembris pariter 1686. s. nec obstrat cum trib. seq. coram R. P. D. meo Caccia.

Est enim contra prima juris principia, ut legitima Avi gravatetur onere imputandi tantumdem, quantum importat Trebellianica Sororum restitutionum duplicem tertiam hereditatis, quæ correspondet Octuncio Assis duodenarii, cum notum sit omnibus, legitimam deberi exemptam ab omnino, l. omnimodò 30. & leg. quoniam 32. Cod. de inofficio, cum

concordant. E converso autem est iuri conforme, ut Trebellianica detrahatur ex ipso Octuncio, quod Sorores restituant, quia est quarta pars eius, quod restituitur, debita in premium eiusdem restitutionis, ob onus restituendi, l. & nota 13. tit. ff. & C. ad Trebellian. atque liberata disponendi de Octuncio, quam quisque habet ex s. frequenter Authent. de Trient. & Semiss. iuxta qualiter dispositionis, est subalternata legibus qualificatibus ipsam dispositionem; atque idè cum Testator eligit viam, ut universa sua hereditas restituatur per fideicommissum, impedire non potest, quin pro eo, quod restituitur, Trebellianica non detrahatur, dum nemo facere potest, ut leges locum non habeant in eius dispositione, inquit totidem, verbis Textus in leg. nemo potest, ff. de legat. 1. & iatque certum est, Trebellianicam deduci præter mentem Testatoris; leg. Tertia 86. ff. ad leg. Falcid. Caravall. de Quart. part. 4. cap. 3. numer. 4. Carol. Anton. de Luca ad Franc. dec. 612. num. 22. ubi concordat. Neque hæc detrahitio fieri potest non solum iure ex legitima Avi, quæ debet esse immunis ab onere, ut dixi, sed nec etiam proportionaliter ad Quadruncium, seu ad Tertiam partem hereditatis, quam ipse restituit; sed ex aliis duabus Tertii partibus, quas restitunt duæ Sorores, seu ex Octuncio ab eisdem restituendo, debet fieri integra detrahitio Trebellianicæ, quia Avus deducendo legitimam, non potest deducere Trebellianicam, ut ab initio probatum est. Et remanet questio nominis ista deductio Trebellianicæ per Antipatrem, seu per prius, vel per posterius, quia sit solum ad effectum ducendi calculum, ut videatur, quod remaneat per legitimam Avi, quæ est residuum eius, quod ista Sorores utriusque coniunctæ, utiliter, & cum effectu non capiunt, detrahendo nempe Tertiam partem totius residui, dummodo, ut dixi, non sit minor Tertia eius partis, quam consequentur ab intestato, semper præservata, ut in hæc decisione, & fuit in alia super quantitate legitime Avi, hæc eadem die à me edita, probatum fuit, quasi hæc disputatio sit in actu primo, quia in actu secundo non datur ista prioritas, vel præpotestatio actum, dummodo actum totum impletur; arguimento Textus in leg. sed si 62. s. Quidam, ff. de condit. & demonstr. & leg. quoniam 9. s. Si quis ita, ff. de heredi. in futurum.

Cætera autem, quæ in contrarium adducebantur, vel sunt ratiocinia extranea ab hac questione, quæ non tangunt substantiam illius, nullam patientis difficultatem in suo germano intellectu mox explicato, vel sublatam fuerunt in præteritis huius causæ decisionibus, cum quibus DD. transierunt, Et ita utraque parte pro aris, & focis disceptante, omnium DD. iudragio, resolutum fuit.

R. P. D. P. I. O.

Romana Legitima.

Ven. 14. Mali 1696.

ARGUMENTUM.

Pro detrahenda legitima haberi debet respectus ad Patrimonium parentis existens de tempore obitus, ubi legitima statim legitimam habuerit, vel illam perierit, & potest agat pro supplemento; secus contra, si diminutio patrimonii contingat absque culpa, vel mora heredis.

SUMMARIUM.

- 1 **H**eredi scripto denegari non debet immisso.
- 2 Etiam ex remedio nulli salviani interdicit.
- 3 Jus detractionis legitima impedire nequit immissem pro in diviso.
- 4 Legata siue ad profanos siue ad pios usus constituta legitimam minuire non possunt.
- 5 Dos & legitima soluta filia pinguis reddidit patrimonium parentis ad effectum detrahendi legitimam pro aliis filiis.
- 6 Mobilis, quæ sunt medicæ utilioris, & presumuntur consumptæ, calculari non debent ad constituendam quantitatem legitime.
- 7 Decisiones sunt supponenda, & incidentes revocari non possunt.
- 8 Pro detrahenda legitima licet regulatur habendus sit respectus ad patrimonium parentis existens de tempore obitus, attamen id procedit, ubi legitimarius statim legitimam habuerit, vel illam perierit, & potest agat pro supplemento.
- 9 Secus contra.